19

Reperit ... inventari ... 1543

In Nomine Dni Amen Anno Nativitatis eiusdem Millimo quingmo quadrag.mo quarto Indict. duodecima existen Pretore Civitatis Novarie et districtus ... Mag.co ... Dno Paulo Emilio Cesali, die Dominico decimo octavo mensis Novembris in loco Mazate inferioris, et in Camera una superiori cubicularj domus habitat.s infrati Nob. Dni testatoris apud la torre

Leg. Nob. Dnus Marsilius vicecomes fq. Nob. D. Antonij habitat. Mazati inferioris Jacens in infirmitate de qua mori dubitat, sanus tn per Dei gratia mente et intelectu ac in bona memoria constitutus prout ibidem clare ex aspectu, et loquella nris manifeste apparebat, et considerans illius sacri Evangelij dictu estote parati quia nescitis diem neqz horam et nil est certius morte, et nil incertius hora mortis. ideo nolens ab intestato decedere, et bona sua inordinata relinquere, tale ut infra legitur suu ultimu condidit et condere procuravit testamentu nuncupatinum quod sine scriptis dr. et uma per me Not.m infratum scribi Jussit, et voluit

In Primis Igitur Ipse Dnus. testator animã suã comendavit et comendat Altiss.o Salvatori Dno Nro Jesu Xpo

Item convenit et promisit mihi Not.o infrato ... stare et parere man.tis Sancte Matris Ecclie

Item cassavit annullavit, et cancelavit et irritavit omnia et quecqz testamenta legata fideicomissa, Codicillos et Donationes causa mortis hinc retro per istum Dnum testatore factos, factas, et facta, si qui, et que facti facte

FONDAZIONE MARAZZA

et facta quomodolib esse reperiant' etiã si in eis vel
altero eorum essent aliqua verba derogatoria de quibus
sic opporteret mentioné speciale facere —

Item legavit, et iure legati reliquit — Caritati Novarie
scutos quatuor auri eidem dandos una vice tantum per
infratos eius Heredes, et hoc in remediũ anime ipsius
Domini Testatoris —

Item agravavit — dictos infratos eius Dni Testatoris hered.
ad celebrari facien. Missas decem in singulo Anno, et
hoc per Annos decem continuos post morte ipsius Dni
Testatoris et in eius anime remedium —

Item legavit — Dnabus Lucie, et Beatrici eius D. Testatoris
filiabus legitimis, et naturalib. et natis ex eo, et q. Dna
D. Felicita de Cremona eius uxore legitima, libras
octocentũ imper pro singula earum et cuiuslib earum dote
sibi dandas, et solvendas per dictos infros eius hered.
una vice tantũ et, tempore quo maritabuntur, sal
tn. conditione q in actu matrimonij ipsarum et cuiuslib
earum liceat infro D. Antº viceconiti eius filio, et, her.
ut infra dotem predicta dictis eius Dni Testatoris filiab.
augumentare prout eide videbit' et placuerit, et, cui
augumentationi ipse D. Antº ac ceteri filij et heredes
ipsius Dni Testatoris teneant' stare ad ratam — et hoc
quoniam —

Item prelegavit et iure prelegati reliquit, et, alias omni
meliori modo — dicto infrato D. Antº eius primogenito
ac filio legitimo et naturali. Datiũ quod habet ipse D.
Testatori pro illa portione que eidem spectat imper —

2

Datio mercantie Cigognale quod exigitur et est in possessione seu quasi ipse D. Testator exigendi annuatim et in singulo trimestre in loco Septi calendarii Orc: Iulii quod datium appellatur il Datio delli Visconti simul cum iure id exigendi, et exactores constituendi ——

Item legavit et iure prelegat reliquit eidem D. Antonio eius filio utsupra et pronto ius constructionis quod habet super portu della Bricola quo transitur Ticinum simul cum iure exigendi partem incantus dicti Portus eidem D. Testatori spectantem ac eundem incantandi et exactores deputandi prout ipsi Dno. Testatori spectat et pertinet de presenti que quidem prelegata aliquam non fecit animo derogandi Donationi de predictis Datio et portu eidem D. Antonio eius filio utsupra facte per instrumentum Donationis rogatum per me Notarium infrascriptum sub die hodie ad quod et quam Donationem omnino vult remanere in suo robore sed magis declarandi animum suum et ut justificeatur cum iure Donationis inter vivos quod iure predictis prelegat et relicti valitum ut supra et alis omni meliori modo &c ——

In Reliquis autem omnibus eius D. Testatoris bonis mobilibus et immobilibus ac se moventibus, iuribus actionibus Redditibus, Debitis et Creditis sibi et dictis eius bonis utsupra &c Heredes suos universales instituit Dnos. Antonium, Herculem et Cesarem eius D. Testatoris filios legitimos et naturales, et de legitimo matrimonio natos et procreatos ex eo D. Testatore et prefata q. Dna Felicita eius uxore legitima, quos Dnos

Antoniū Herculem, et Cesarem eius D. Testatoris filios
et Heredes vt° sa Institutos ipse D. Testator ore suo proprio
nominavit, et nominat. hac tamen lege, et conditione
q. casu quo dicti Dni Hercules et Cesar vel alter eorū
decesserit sine filijs legitimis, et naturalibus et de legitimo
matrimonio natis et procreatis quod eis vel alteri
eorū succedat et succedere debeat prefatus Dnus Ant.
eius filius et heres vt° sa ac eius descendentes ex
legitimo matrimonio vt° quem in casu predicto q
eisde et cuilibet eorū in dicta tota eius hereditate
et qualibet parte substituit vulgariter pupillariter, et
per fideicommissū in tantū vt aliqua detractio trebelianice
aut falcidie aut alicuius portionis quae pretendi possit
de iure quovis modo locum habere nō valeat quia
sic p.to Dno Testatori placuit q Cum conditione etiā
quod prefati Dni Hercules et Cesar eius filij et heredes
pronti donec et usq. quo compleverint Annum
vigesimum quintum respective nō possint nec valeant
petere aliquam partem hereditatis predicte. et quod debeant
obtemperare, et stetisse mandatis p.ti Dni Antonij
eius filij et heredis pronti sub pena privationis
hereditatis predicte, quam ex nunc prout ex nunc
et eo in casu voluit et vult, quod devolvatur et
devoluta sit ac intelligatur ipso iure p.to D. Ant.
eius filio vt° sa nominato, hac tamen conditione
etiam adiecta q prefatus D. Ant. illos allere
nutrire et vestire habeat, et teneatur, et de eis
ratione et curam habere iuxta vires hereditarias

FONDAZIONE MARAZZA

Quod autem testamentum) prefatus d. testator iussit voluit
et precepit ac iubet vult et precepit valere et tenere iure
testamenti sui nuncupativi) et si eo iure non valeret)
quod valeat) iure legati) et si eo iure non valeret)
quod valeat) iure fideicommissi) et si eo iure non valeret)
quod valeat) iure codicillorum) et si eo iure non valeret)
quod valeat) iure donationis causa mortis ac alterius
sue ultime sue voluntatis) et alias omni meliori modo)
Et inde) Rogatus fui ego notarius infrascriptus ut de predictis unum
et plura confici debeam instrumentum et instrumenta et de capitulo in
capitulum ubi opus fuerit) et quod extendat ad dictamen
sapientis non mutata substantia facti)

Presentibus testibus nob. d. Bernardo vicecomite q. nob. d. Alberti
Christoforo del frate q. Antonij Thoma gattono q. Baptiste
Nazario de gattonis filio q. Bartholomei habitatibus in villa Jani
inferioris predicti d. Philippo Sacchetto q. d. Bartholomei
et d. Iacobo de [illegible] q. d. Fran.ci habitatibus [illegible] q. [illegible]
notis et [illegible] vocatis et rogatis)

Ego [illegible] publicus [illegible] et [illegible] manu [illegible]
de dicto testamento [illegible] rogatus in [illegible]
[illegible] et alijs [illegible] tenendo [illegible]
[illegible] me subscripsi [illegible] illud [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible] me subscripsi salvo mihi iure
[illegible]

FONDAZIONE MARAZZA

Testamento di massilj

picciones

FONDAZIONE MARAZZA